

Prophetia Ionaē

1:1 et factum est uerbum Domini ad Ionam filium Amathi dicens 1:2 surge uade in Nineuen ciuitatem grandem et praedica in ea quia ascendit malitia eius coram me 1:3 et surrexit Iona ut fugeret in Tharsis a facie Domini et descendit Ioppen et inuenit nauem euntem in Tharsis et dedit nauulum eius et descendit in eam ut iret cum eis in Tharsis a facie Domini 1:4 Dominus autem misit uentum magnum in mari et facta est tempestas magna in mari et nauis periclitabatur conteri 1:5 et timuerunt nautae et clamauerunt uiri ad deum suum et miserunt uasa quae erant in naui in mare ut adleuiaretur ab eis et Iona descendit ad interiora nauis et dormiebat sopore graui 1:6 et accessit ad eum gubernator et dixit ei quid tu sopore deprimeris surge inuoca Deum tuum si forte recogitet Deus de nobis et non pereamus 1:7 et dixit uir ad collegam suum uenite et mittamus sortes et sciamus quare hoc malum sit nobis et miserunt sortes et cecidit sors super Ionam 1:8 et dixerunt ad eum indica nobis cuius causa malum istud sit nobis quod est opus tuum quae terra tua et quo uel ex quo populo es tu 1:9 et dixit ad eos Hebraeus ego sum et Dominum Deum caeli ego timeo qui fecit mare et aridam 1:10 et timuerunt uiri timore magno et dixerunt ad eum quid hoc fecisti cognouerunt enim uiri quod a facie Domini fugeret quia indicauerat eis 1:11 et dixerunt ad eum quid faciemus tibi et cessabit mare a nobis quia mare ibat et intumescebat 1:12 et dixit ad eos tollite me et mitte in mare et cessabit mare a uobis scio enim ego quoniam propter me tempestas grandis haec super uos 1:13 et remigabant uiri ut reuerterentur ad aridam et non ualebant quia mare ibat et intumescebat super eos 1:14 et clamauerunt ad Dominum et dixerunt quaesumus Domine ne pereamus in anima uiri istius et ne des super nos sanguinem innocentem quia tu Domine sicut uoluisti fecisti 1:15 et tulerunt Ionam et miserunt in mare et stetit mare a feruore suo 1:16 et ti-

1:1 Now the word of the LORD came unto Jonah the son of Amittai, saying,

1:2 Arise, go to Nineveh, that great city, and cry against it; for their wickedness is come up before me.

1:3 But Jonah rose up to flee unto Tarshish from the presence of the LORD, and went down to Joppa; and he found a ship going to Tarshish: so he paid the fare thereof, and went down into it, to go with them unto Tarshish from the presence of the LORD.

1:4 But the LORD sent out a great wind into the sea, and there was a mighty tempest in the sea, so that the ship was like to be broken.

1:5 Then the mariners were afraid, and cried every man unto his god, and cast forth the wares that were in the ship into the sea, to lighten it of them. But Jonah was gone down into the sides of the ship; and he lay, and was fast asleep.

1:6 So the shipmaster came to him, and said unto him, What meanest thou, O sleeper? arise, call upon thy God, if so be that God will think upon us, that we perish not.

1:7 And they said every one to his fellow, Come, and let us cast lots, that we may know for whose cause this evil is upon us. So they cast lots, and the lot fell upon Jonah.

1:8 Then said they unto him, Tell us, we pray thee, for whose cause this evil is upon us; What is thine occupation? and whence comest thou? what is thy country? and of what people art thou?

1:9 And he said unto them, I am an Hebrew; and I fear the LORD, the God of heaven, which hath made the sea and the dry land.

1:10 Then were the men exceedingly afraid, and said unto him, Why hast thou done this? For the men knew that he fled from the presence of the LORD, because he had told them.

1:11 Then said they unto him, What shall we do unto thee, that the sea may be calm unto us? for the sea wrought, and was tempestuous.

1:12 And he said unto them, Take me up, and cast me forth into the sea; so shall the sea be calm unto you: for I know that for my sake this great tempest is upon you.

1:13 Nevertheless the men rowed hard to bring it to the land; but they could not: for the sea wrought, and was tempestuous against them.

1:14 Wherefore they cried unto the LORD, and said, We beseech thee, O LORD, we beseech thee, let us not perish for this man's life, and lay not upon us innocent blood: for thou, O LORD, hast done as it pleased thee.

1:15 So they look up Jonah, and cast him forth into the sea: and the sea ceased from her raging.

1:16 Then the men feared the LORD exceedingly, and offered a sacrifice unto the LORD, and made vows.

Biblia Sacra Vulgata

muerunt uiri timore magno Dominum et immolauerunt hostias Domino et uouerunt uota

2:1 Now the LORD had prepared a great fish to swallow up Jonah. And Jonah was in the belly of the fish three days and three nights.

2:2 Then Jonah prayed unto the LORD his God out of the fish's belly.

2:3 And said, I cried by reason of mine affliction unto the LORD, and he heard me; out of the belly of hell cried I, and thou heardest my voice.

2:4 For thou hadst cast me into the deep, in the midst of the seas; and the floods compassed me about: all thy billows and thy waves passed over me.

2:5 Then I said, I am cast out of thy sight; yet I will look again toward thy holy temple.

2:6 The waters compassed me about, even to the soul: the depth closed me round about, the weeds were wrapped about my head.

2:7 I went down to the bottoms of the mountains; the earth with her bars was about me for ever; yet hast thou brought up my life from corruption, O LORD my God.

2:8 When my soul fainted within me I remembered the LORD: and my prayer came in unto thee, into thine holy temple.

2:9 They that observe lying vanities forsake their own mercy.

2:10 But I will sacrifice unto thee with the voice of thanksgiving; I will pay that that I have vowed. Salvation is of the LORD.

2:11 And the LORD spake unto the fish, and it vomited out Jonah upon the dry land.

3:1 And the word of the LORD came unto Jonah the second time, saying,

3:2 Arise, go unto Nineveh, that great city, and preach unto it the preaching that I bid thee.

3:3 So Jonah arose, and went unto Nineveh, according to the word of the LORD. Now Nineveh was an exceeding great city of three days' journey.

3:4 And Jonah began to enter into the city a day's journey, and he cried, and said, Yet forty days, and Nineveh shall be overthrown.

3:5 So the people of Nineveh believed God, and proclaimed a fast, and put on sackcloth, from the greatest of them even to the least of them.

3:6 For word came unto the king of Nineveh, and he arose from his throne, and he laid his robe from him, and covered him with sackcloth, and sat in ashes.

3:7 And he caused it to be proclaimed and published through Nineveh by the decree of the king and his nobles, saying, Let neither man nor beast, herd nor flock, taste any thing: let them not feed, nor drink water:

2:1 et praeparauit Dominus piscem grandem ut deglutiret Ionam et erat Iona in uentre piscis tribus diebus et tribus noctibus 2:2 et orauit Iona ad Dominum Deum suum de utero piscis 2:3 et dixit clamaui de tribulatione mea ad Dominum et exaudiuit me de uentre inferni clamaui et exaudisti uocem meam 2:4 et proiecisti me in profundum in corde maris et flumen circumdedit me omnes gurgites tui et fluctus tui super me transierunt 2:5 et ego dixi abiectus sum a conspectu oculorum tuorum uerumtamen rursus uidebo templum sanctum tuum 2:6 circumdederunt me aquae usque ad animam abyssus uallauit me pelagus operuit caput meum 2:7 ad extrema montium descendi terrae uectes concluderunt me in aeternum et subleuabis de corruptione uitam meam Domine Deus meus 2:8 cum angustiaretur in me anima mea Domini recordatus sum ut ueniat ad te oratio mea ad templum sanctum tuum 2:9 qui custodiunt uanitates frustra misericordiam suam derelinquunt 2:10 ego autem in uoce laudis immolabo tibi quaecumque uoui reddam pro salute Domino 2:11 et dixit Dominus pisci et euomuit Ionam in aridam

3:1 et factum est uerbum Domini ad Ionam secundo dicens 3:2 surge uade ad Nineuen ciuitatem magnam et praedica in ea praedicationem quam ego loquor ad te 3:3 et surrexit Iona et abiit in Nineuen iuxta uerbum Domini et Nineue erat ciuitas magna Dei itinere dierum trium 3:4 et coepit Iona introire in ciuitatem itinere diei unius et clamauit et dixit adhuc quadraginta dies et Nineue subuertetur 3:5 et crediderunt uiri nineuitae in Deo et praedicauerunt ieiunium et uestiti sunt saccis a maiore usque ad minorem 3:6 et peruenit uerbum ad regem Nineue et surrexit de solio suo et abiecit uestimentum suum a se et indutus est sacco et sedit in cinere 3:7 et clamauit et dixit in Nineue ex ore regis et

Prophetia Ioniae

principum eius dicens homines et iumenta et boues et pecora non gustent quicquam nec pascantur et aquam non bibant 3:8 et operiantur saccis homines et iumenta et clament ad Dominum in fortitudine et conuertatur uir a uia sua mala et ab iniquitate quae est in manibus eorum 3:9 quis scit si conuertatur et ignoscat Deus et reuertatur a furore irae suae et non peribimus 3:10 et uidit Deus opera eorum quia conuersi sunt a uia sua mala et misertus est Deus super malitiam quam locutus fuerat ut faceret eis et non fecit

3:8 But let man and beast be covered with sackcloth, and cry mightily unto God: yea, let them turn every one from his evil way, and from the violence that is in their hands.

3:9 Who can tell if God will turn and repent, and turn away from his fierce anger, that we perish not?

3:10 And God saw their works, that they turned from their evil way; and God repented of the evil, that he had said that he would do unto them; and he did it not.

4:1 et adflictus est Iona adflictione magna et iratus est 4:2 et orauit ad Dominum et dixit obsecro Domine numquid non hoc est uerbum meum cum adhuc essem in terra mea propter hoc praeoccupauit ut fugerem in Tharsis scio enim quia tu Deus clemens et misericors es patiens et multae miserationis et ignoscens super malitia 4:3 et nunc Domine tolle quaeso animam meam a me quia melior est mihi mors quam uita 4:4 et dixit Dominus putasne bene irasceris tu 4:5 et egressus est Iona de ciuitate et sedit contra orientem ciuitatis et fecit sibimet ibi umbraculum et sedebat subter eum in umbra donec uideret quid accideret ciuitati 4:6 et praeparauit Dominus Deus hederam et ascendit super caput Ioniae ut esset umbra super caput eius et protegeret eum laborauerat enim et laetatus est Iona super hedera laetitia magna 4:7 et parauit Deus uermem ascensu diluculo in crastinum et percussit hederam et exaruit 4:8 et cum ortus fuisset sol praecipit Dominus uento calido et urenti et percussit sol super caput Ioniae et aestuabat et petiuit animae suae ut moreretur et dixit melius est mihi mori quam uiuere 4:9 et dixit Dominus ad Ionam putasne bene irasceris tu super hederam et dixit bene irascor ego usque ad mortem 4:10 et dixit Dominus tu doles super hederam in qua non laborasti neque fecisti ut cresceret quae sub una nocte nata est et una nocte periit 4:11 et ego non parciam Nineue ciuitati magnae in qua sunt

4:1 But it displeased Jonah exceedingly, and he was very angry.

4:2 And he prayed unto the LORD, and said, I pray thee, O LORD, was not this my saying, when I was yet in my country? Therefore I fled before unto Tarshish: for I knew that thou art a gracious God, and merciful, slow to anger, and of great kindness, and repentest thee of the evil.

4:3 Therefore now, O LORD, take, I beseech thee, my life from me; for it is better for me to die than to live.

4:4 Then said the LORD, Doest thou well to be angry?

4:5 So Jonah went out of the city, and sat on the east side of the city, and there made him a booth, and sat under it in the shadow, till he might see what would become of the city.

4:6 And the LORD God prepared a gourd, and made it to come up over Jonah, that it might be a shadow over his head, to deliver him from his grief. So Jonah was exceeding glad of the gourd.

4:7 But God prepared a worm when the morning rose the next day, and it smote the gourd that it withered.

4:8 And it came to pass, when the sun did arise, that God prepared a vehement east wind; and the sun beat upon the head of Jonah, that he fainted, and wished in himself to die, and said, It is better for me to die than to live.

4:9 And God said to Jonah, Doest thou well to be angry for the gourd? And he said, I do well to be angry, even unto death.

4:10 Then said the LORD, Thou hast had pity on the gourd, for the which thou hast not laboured, neither madest it grow; which came up in a night, and perished in a night:

4:11 And should not I spare Nineveh, that great city, wherein are more then sixscore thousand persons that cannot discern between their right hand and their left hand; and also much cattle?

Biblia Sacra Vulgata

plus quam centum uiginti milia hominum qui nesciunt quid
sit inter dexteram et sinistram suam et iumenta multa